



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||**

**Bernoldus <Constantiensis>**

**Antverpiæ, 1565**

17. De commemoratione mortuorum & reliquis obseruantijs vsque ad  
finem Canonis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63426)

infra Canonem, hoc tamen obseruato,  
nequid digitis tangamus præter Domini  
corpus. Presbyter autem manus raro re-  
mittere solet, nisi cum necessariò propo-  
sitam oblationem benedicere debet.

Presbyter autem humilationē Domini  
usque ad crucem, ut prædiximus, nobis  
indicat; cum se usque ad altare inclinat  
dicendo: Hac ergo oblationem. Statim  
enim in sequētibus narrationem de Do-  
minica passione orditur, cuius typus us-  
que ad, supplices te rogamus, obserua-  
tur. Vbi videlicet sacerdos se iuxta altare  
inclinans Christum in cruce inclinato  
capite spiritum tradidisse significat.

*De commemoratione mortuorum, & reliquis  
obseruantijs, usque in finem Canonis,*

C A P. XVII.

20 Post mortem Christi in cruce com-  
memoratio mortuorum subsequitur, quia  
nec aliorum mortuorum commemora-  
tio agenda est, nisi qui in Christi morte  
redempti sunt, & in Christo hanc vitam  
25 finierunt. Cum autem sacerdos vocem  
exaltat dicens: Nobis quoque peccatori-  
bus, Centurionem illum designat qui vi-

i defunctorū.

Exultatio vo-  
cis.  
Matth. 17.

C 5 fa

42 M I C R O L . D E E C C L E S .  
sa morte Christi vocem exaltavit, dicen-  
do, Verè filius dei erat iste. Tres verò cru-  
ces super corpus & sanguinem commu-  
niter facit, cùm dicit, Sanctificas, viuifi-  
cas, benedicis, in honorem sancte Tri-  
nitatis. Postea cum corpore Dominico  
quatuor cruces super calicem facimus,  
Quinque cru-  
ees cum corpo-  
re dominico.  
dicendo, Per ipsū & in ipso & cum ipso, &  
quintam in latere calicis, videlicet iterū  
vulnus Dominici lateris significando. Vn<sup>10</sup>  
de & calicem ex eodem latere cum obla-  
ta tangimus iuxta Romanum ordinem.  
Multi tamen tres tantum cruces super  
calicem, & duas in latere eius faciunt, sed  
videtur incongruum, cùm Christus nul-  
lum vulnus in latere habuerit nisi vnu.  
Sed reuerendæ memoriae Gregorius Pa-  
pa fecit, ut prædiximus, quod beatus An-  
selmus Lucensis Episcopus ita ab eo se  
didicisse testatus est, & hoc ita semper<sup>21</sup>  
obseruauit, nobisque itidem obseruandū  
firmissimè inculcauit, cùm dicimus: Per  
omnia sæcula sæculorum, Corpus cum  
Calice leuamus, & statim in altari depo-  
sita cooperimus. Quia & Ioseph corpus  
Dominicum de cruce leuauit, & in sepul-  
chro depositum lapide cooperuit. Huc  
visque

I p r e t e r

Anselmus  
Lucensis.

vsque calix pro cautela coopertus videba cur calix opcri-  
tur, deinceps autem magis pro mysterio  
cooperitur, quia sicut Christus tres dies  
in sepulchro fuit cooperitus; ita & nos cor-  
pus Domini & calicem cooperimus, vs-  
que dum tres articulos cōpleamus, quip-  
pe præfationem Dominicæ orationis &  
ipmam Dominicam orationem, & illam  
quæ sequitur quæ embolis Dominicæ  
orationis nuncupatur. Iuxta Romanum  
ordinem cùm dicitur, Et ab omni per-  
perturbatione securi, accipit archidiaconus  
à subdiacono patinam nudam quam aco-  
litus tenuit intulatam, & osculatam  
dat vni ex diaconibus tenendam, ad cō-  
fractionem in ea faciendam. Vnde sacer-  
dos sine ministro sacrificans ad eundem  
locum eam de sub corporali absconditam  
resumit, & osculatā in altari deponit vt  
hostiam in ea cōfringat. Cùm autem di-  
cit, Per Dominum nostrum, rumpit ho-  
stiam ex dextro latere iuxta ordinem ad  
designandam Dominicæ lateris percus-  
sionem. Deinde maiorem partem in duo  
confringit vt tres portiones de corpore  
Dominico efficere possit. Nam vnam in  
Hostia diuisis  
calicem faciendo crucem mittere debet,  
in tres partes.  
cùm

Embolis Ora-  
tionis Domini-  
cæ: Libera nos  
Domine, &c.

44 MICROL. DE ECCLES.

cum dicit, Pax Domini sit semper vobis-  
cum, ad designatum corporis & animæ  
coniunctionem in resurrectione Christi.  
Alteram verò ipse Presbyter necessariò  
sumit, ante calicis participationem, iuxta

Tertia pars Ho-  
stie communi-  
caturis aut in-  
firmis reserua-  
batur olim.

Dominicam institutionem. Tertiam au-  
tem cōmunicaturis siue infirmis necel-  
fariò dimittit, nec hoc vtique sine certa  
causa mysterij. Tripliciter enim corpus  
Domini intelligitur, vnum quod resurrexit  
à mortuis quod significat particula in  
sanguinem missa: Aliud quod adhuc vi-  
uit in terra, significatum per particulam  
à sacerdote cōsumptam: Tertium, quod  
iam requiescit in Christo, quod & à ter-  
tia particula in altari seruata aptè figu-  
ratur, quam viaticum morientium appelle  
lare solemus.

*De Panis fractione & communicatione,*

CAP. XVIII.

POST immissionem autem panis in  
calicem iuxta Romanum ordinem dicit  
sacerdos sub silentio, Fiat commixcio &  
consecratio corporis & sanguinis Domini  
nostrí Iesu Christi. Beatus Innocētius  
Papa in ordine quadragesimus quintus,  
consti-

